UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Excomunicationis uis & censura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64468

Visual Library

operarius mercede ſua, &c. Humanã temeritatem in ſacerdotes Dei non graſſari debere, indicat concil. Matiſconeñ. 2. ca. 9. & 15. &c.

Primi ergo duos ultimos ordines inſtruunt: Medij defendunt. Tertij ſuſtentant duos primos: De his tribus membris mentionẽ facit Apoſtolus 1. Corinth. 12. ubi comparat eccleſiam corpori, &c. Qualiter uero mali perſequantur illam, uide 1. Corint. 11. 15. 2. Corin. 11. Gala. 1. Philip. 3. Acto. 8. 12. 19. &c. ἀνεπίληπτος,

Excommunicationis eccleſiaſticæ uis & cenſura, Quanta.

SAcris proditum eſt literis, eijci aliquem ab eccleſia militante duobus modis. Primo à merito per gratiæ ſubtractionem uel nõ appoſitionem: Eijcit autem, id eſt, permittit eijci, Apocalyp. cap. ult. Huiuſmodi canes ſunt uenefici & impudici. Alio modo à numero per excommunicationem ſiue à conſortio, ſecundum illud, Numc. 5. Eijce omnem Elephantiacum extra caſtra. Et prouerb. 22. Eijce Deriſorem & exibit cum eo iurgium. Et os eccleſiæ Paulus, prohibet 1. Corinth. 5. ne cum ipſis ſumamus panẽ. & Ioan. 2. Nolite, inquit proreta Chriſtus, eum

Vide Humnem Cardinalem.

Deriſor Bullingerus qui ex communi-

cationē nihil aliud eſſe blaterat quàm betaceum telum, etc.

Nota.

3. Species excõmu. Suſpēſio. Anathema. Interdictum.

Immedicabile uulnus Enſe reſecandū eſt.

recipere in domo, nec Aue ei dixeritis, etc. EXCOMMVNICATIONIS (*quæ neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ dicitur*) meminit D. Ambroſ. *ſuper Pſalm.* 118. *Sermo.* 8. *dicens.* Recte *ergo & ſacerdos uulnus, ne latius ſerpat à toto corpore eccleſiæ, quaſi bonus medicus debet abſcindere, & prodere uirus criminis quod latet, &c.* De *excommunicationis effectu* 1. *Corinth.* 5. 1. *Timoth.* 1. 2. *Theſſalo.* 3. De *uſu Matth.* 18. 1. *Corinth.* 16. *Galat.* 1. *Ioan.* 1. De *abuſu Ioann.* 9. 16. *&c.* Petrus, *Acto.* 5. *Ananiam & Saphiram pro defraudatione precij agri non ſolum excommunicauit, ſed ſententia mortis damnauit.* Et *alio in loco ſcriptura,* Hæreticum *hominem poſt unam & ſecundam monitionem deuita:* Ecce Hæreſiotæ *excommunicantur?* Abſq; *ſynagogis facere, eſt tanquàm hominem impium & execrabilem igni & aqua interdicere, nec publicis munijs ſolum, uerum etiam omnium honeſtorum cõſortio indignum deſignare atque cenſere.* Et *quod in ueteri lege interfectio, idipſum in eccleſia excommunicatio, &c.* Nõ *ergo parua excommunicationis cenſuræ pœna, iuſte irrogata, ſatius eſſet homini, mille mortis genera ſubire, quam ſuapte culpa in excommunicationis pœnam incidere,* Verùm *ſi ab iniquo fuerit*

Auguſti. quæſti. 39 ſuper Deuteronom.

rit illata iudice, nihil illa magis meritorium eſt: Maneat ergo lex imperialis, maneat uirga Eccleſiæ: Mater eccleſia filiolos inobedienteis mitius corrigit, ac pater cœleſtis, Matth. 25. 22. &c. Sed aliâs obſtinatis & pertinacibus nõ medicamen eſt, uerùm potius gladius interimens. Nam hi contemnunt ſponſam Chriſti, cui commiſit paranymphus & Chriſtus, in proteruos & contumaces ueriûs ſpurios gladium exercere: Quod expertus eſt apud Florẽtiam Tuſciæ Hieronymus Sauonarola, qui in hac re ſe contumacem contra cenſuras eccleſiæ præſtitit: Huius peruerſum propoſitum non ueretur defendere Sebaſtian Meier Bernenſis, in ſuis commentarijs, ſcilicet, ſuper Apo.

Vide Cypria. lib. 1. Epiſto. 11.

Eijcit etiã ab eccleſia triumphante, per extremam ſententiam definitiuam & iudicialẽ, de qua Chriſtus tyrannoctonus, Mat. 25. Suru mime ni Arurim el eſch haolam, hoc eſt, diſcedite à me maledicti in ignem æternum, &c.

Eccleſia ſupplicat pro infidelibus.

SVpplicat ubiq; eccleſia Deo non ſolum pro ſanctis & in Chriſto iã regeneratis, ſed etiã